



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Eintzig Nohtwendige Erkanntnuß und Liebe Gottes**

Von Heldenmühtiger Liebe zu Gott

**Rogacci, Benedetto**

**Coeßfeldt, 1738**

Sermones in Dominicas totius Anni.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50661](#)



## Sermones in Dominicas totius Anni.

Dom. 1. Adventus. Thema. *Dicite: quia Dominus his opus habet; & confessim dimitte eos.* Matt. 21. Argumentum. Quia Deus haber perfectissimum Dominium in nos & nostra, præstanta sunt ipsi & dimitenda omnia, quæ voluerit & postulaverit. Vide partis 1. cap. 21.

Dom. 2. Adventus. Thema. *His fieri incipientibus respicite & levate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.* Luc. 21. Argument. Anima Deum amans debet gaudere morte appropinquante, quoniam appropinquat redemptio à miseriis. Vide partis 2. cap. 21.

Dom. 3. Advent. Thema. *Euntes renuntiate Joanni quæ vidistis.* Matt. 11. Argum. Ut ex operibus Christus, ita cognoscitur & Deus. Vide partis 1. cap. 7. & 8.

Dom. 4. Advent. Th. *Medius vestrum stetit, quem vos nescitis.* Joan. 1. Argum. Deus per immensitatem ubique præsens. Vid. p. 1.c. 17. Nos interim vivimus quasi Deum nesciamus. Suadenda frequens Dei præsentis memoria. V. p. 2. c. 16.

Dom. infra Nativitat. Th. *Loquebatur de illo omnibus.* Luc. 2. Argum. Qui amat Deum, libenter & frequenter loquitur de Deo. Vide partis 2. cap. 19.

R

In

In Vigilia Epiphan. Thema. *Timuit illo ire.*  
Matt. 2. Argument. Joseph timuit ire in Iudeam  
metu tyranni, sic timent multi confidenter ire ad  
Deum ob sinistros, quos sibi formant de Deo,  
conceptus: hi eliminandi. Vide partis 2. cap. 9.

Dom. infra octav. Epiphan. Thema. *Stupe-*  
*bant super prudentia & responsis eius.* Luc. 2.  
Argum. Age de scientia Dei speculativa & pra-  
etica. Vide partis 1. cap. 18. & 19,

Dom. 2. post Epiph. Thema. *Vinum non ha-*  
*bent.* Joan. 2. Argum. Quod vinum in nuptiis,  
hoc est lœtitia in corde justi. Serviendum Deo  
cum lœtitia. Vid. partis 2. cap. 14.

Dom. 3. post Epiph. Th. *Domine non sum di-*  
*gnus, ut intres sub iectum meum.* Matt. 8. Arg.  
Reverentialis timor Deo debitus, & memoria præ-  
teritorum peccatorum non debent nos deterrere à  
suavi cum Deo communicatione. V. p. 2. c. 6. 12.

Dom. 4. post Epiph. Thema. *Domine salva*  
*nos, perimus.* Matt. 8. Argum. Viorationis pos-  
sumus nos quodammodo certos reddere finalis  
perseverantia in bono. Vid. part. 2. cap. 11.

Dom. 5. post. Epiph. Thema. *Inimicus ho-*  
*mo hoc fecit.* Matt. 13. Argum. In malis quæ nos  
affligunt, non ad homines respicere debemus ut  
eorum authores sed Deum. Vid. part. 2. c. 32.

Dom. 6. post Epiph. Thema. *Majus est omni-*  
*bus oleribus, & sit arbor.* Matt. 13. Argument.  
Omnia habent certam mensuram magnitudinis,  
qui autem amat Deum, debet habere insatiabile  
desi-

desiderium Deo magis semper magisq; placendi.  
Vid. part. 2. c. 29. Imò sanctis desideriis exten-  
dere se ad impossibilia. Vid. part. 3. c. 9.

Dom. in Septuages. Th. *Exiit conducere ope-  
rarios in vineam suam*. Matt. 20. Arg. Ostenda-  
tur, quām felices sint Servi Dei. Vide part. 2. c. 3.

Dom. in Sexages. Thema. *Ad tempus cre-  
dunt, et in tempore temptationis recedunt*. Luc.  
8. Argum. Ut non recedant AA. in tempore ten-  
tationis, suggere ipsis media vitandi peccata. Vi-  
de partis 2. cap. 28.

Dom. in Quinquag. Th. *Domine ut videam*:  
Luc. 18. Arg. Quantopere anima Deum amans  
debeat anhelare ad visionem Dei beatificam. V.p.  
2. c. 20. Quanti illa aestimanda sit. V. p. 2. c. 5.

Dom. 1. in Quadrag. Thema. *Ostendit ei om-  
nia regna mundi*. Matt. 4. Argument. Hoc fecit  
Diabolus ut seduceret. Ostende tu Auditoribus  
omnia regna mundi, ut eos doceas Deum cognos-  
cere. Vide partis 1. cap. 9.

Dom. 2. in Quadr. Them. *Mulier Chananea  
clamavit dicens ei: miserere mei Domine Fili  
David*. Matt. 15. Argum. Quas conditiones de-  
beat habere oratio, ut sit efficax. V. part. 1. c. 4.

Dom. 3. in Quadr. Them. *Beatus venter qui  
te portavit*. Luc. 11. Argum. Non curavit lau-  
des has Christus, imitati in hoc sunt ipsum Sancti,  
suiq; contemptum quæsiverunt. V. part. 3. c. 29.

Dom. 4. in Quadr. Th. *Jesus, cum cognovisset  
quia venturi essent, ut raperent eum et face-  
rent*

*rent eum Regem, fugit.* Joan. 6. Arg. Ut fugiant Auditores omnem honorem, nihil se astiment, & contemptissimos se omnium reputent. Vide p. 3. c. 27.

Dom. Passionis. Thema. *Videt & gavisus est.* Joan. 8. Argum. Ex gaudio & amore, quem Beati hauriunt ex visione Dei, demonstra Dei pulchritudinem. Vide partis 1. c. 29.

Dom. Palmar. Thema. *Hosanna filio David.* Matt. 21. Argum. Ostendatur; quām anima Deum amans gaudeat, quod Deo ab omnibus servatur. Vide partis 2. cap. 25.

Dom. Resurrectionis. Thema. *Quis revolvet nobis lapidem?* Matt. 16. Argum. Cum anima Deum amans habeat communionem bonorum cum Deo, nullis terreri debet difficultatibus. Vide partis 2. cap. 30.

Dom. 1. post Pascha. Thema. *Dominus meus & Deus meus.* Joan. 20. Argum. Ostendatur, quantum sit, possidere Deum per gratiam sanctificantem. Vide partis 2. cap. 4.

Dom. 2. post Pascha. Thema. *Ego sum Pastor bonus.* Joan. 10. Argum. Age de duabus primis dimensionibus charitatis Dei erga nos. De ejus longitudine & latitudine. Vid. part. 1. c. 22.

Dom. 3. post Pascha. Thema. *Quid est hoc, quod nobis dicit, modicum?* Joan. 16. Argum. Modicum est peccatum veniale, qui autem amat Deum inavult omnia mala pati, quam tale modicum committere. Vide partis 3. cap. 4.

Dom.

nt  
nt,  
ide  
  
ft.  
Se-  
ul-  
id.  
De-  
vi-  
vet  
ma  
am  
Vi-  
us  
ar,  
ti-  
or  
nis  
us  
  
c,  
n.  
nat  
li-  
n.  
nt  
nt,  
ide  
  
Dom. 4. post Pascha. Thema. *Paraclitus ar-  
guet mundum de peccato.* Joan. 16. Argum. O-  
stende, quām efficaciter amor Dci inclinet ad fu-  
gienda peccata. Vide part. 2. cap. 27.

Dom. 5. post Pascha. Them. *Ipse Pater amat  
vos.* Joan. 16. Arg. Age de postremis duabus di-  
mensionibus Divinæ charitatis erga nos, ejus alti-  
tudine & profunditate. Vide partis 1. cap. 23.

Dom. 6. post Pascha. Th. *Non noverunt Pa-  
trem, neque me.* Joan. 15. Arg. Mirum hoc est,  
cum homo naturaliter scire desideret, & quidquid  
scire desiderat inveniat in Deo. V. part. 1.c. 1&2.

Dom. Pentecost. Th. *Siquis diligit me ser-  
monem meum servabit.* Joan. 14. Arg. Qui De-  
um amat vult priùs omni bono spoliari, ac mala  
omnia pati, quām Deum gravi peccato offendere.  
Vide partis 3. cap. 3.

Dom. Trinit. 1. post Pent. Th. *Quomodo pos-  
sunt hæc fieri?* Joan. 3. Arg. Proponatur incom-  
prehensibilitas Dei, ut discant captivare intelle-  
ctum in obsequium fidei. Vid. part. 1.c. 15.

Dom. 2. post Pent. Th. *Et cœperunt omnes  
simil excusare.* Luc. 14. Arg. Excusarunt se,  
quia adhærebant bonis perituri; quām nihil fa-  
cienda ea sint, ostende. Vide part. 3. cap. 19.

Dom. 3. post Pent. Th. *Mulier si perdiderit  
Drachmam unam, nonne accedit Lucernam?*  
Luc. 15. Argum. Tantum sit pro una recuperanda  
Drachma; quantâ igitur diligentia adhibenda pro  
sancto vitæ tenore conservando? v. App. c. 9&10.

Dom. 4. post Pent. Th. *Relictis omnibus se-  
cuti sunt eum.* Luc. 5. Arg. Perfectus Dei amor  
inclinat ad abdicanda rerrena; & amplectendam  
paupertatem. Vide partis 3. cap. 21.

Dom. 5. post Pent. Th. *Vade prius reconcili-  
ari fratri tuo.* Matt. 5. Arg. Amor Dei inclinat  
ad amorem inimicorum. Vide part. 3. c. 15.

Dom 6. post Pent. Th. *Cum turba multa es-  
set cum Iesu, nec haberent quod manducarent.*  
Marc. 8. Arg. Ut ihi à Christi sequela, sic & nos  
per occupationes externas impediri non debemus  
à vita Divina. Vide Append. cap. 5.

Dom. 7. post Pent. Them. *Attendite à falsis  
Prophetis.* Matt. 7. Arg. Via unica & certa non  
hallucinandi circa beneplacitum Dei, est obedi-  
entia. Vide partis 3. cap. 7.

Dom. 8. post Pent. Th. *Redderationem villi-  
cationis tue.* Luc. 16. Arg. Timor judicii non de-  
bet mortem justis reddere formidabilē. v.p. 2.c. 22

Dom 9. post Pent. Th. *Vos fecistis illam spe-  
luncam latronum.* Luc. 19. Arg. Ut anima do-  
mus Dei, non fiat speluncam latronum, quæcunque  
corpori amica sunt fugiat, & quæcunque invita  
consecetur. Vide part. 3. cap. 22.

Dom. 10 post. Pent. Th. *Publicanus autem  
à longè stans, nolebat nec oculos ad cœlum le-  
vare,* &c. Luc. 18. Arg. Quo dolore & pudore  
anima Deum amans recogitet peccata præteritæ  
vitæ. Vide partis 2. cap. 26.

Dom. 11. post Pent. Th. *Præcepit illis ne cui  
dice-*

dicerent. Marc. 7. Arg. Christum imitati Sancti abhorruerunt ab estimatione hominum, & contemptum quæsierunt. Vide part 3. c. 30.

Dom. 12. post Pent. Thema. *Diliges Dominum Deum tuum ex tete corde tuo.* Luc. 10. Arg. Amor Dei vult esse solus & unicus in corde, sine consortio amoris terreni. Vide part. 3. c. 10.

Dom. 13. post Pent. Thema. *Occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt à longe* Luc. 17. Argum. Corporis infirmitates non debent nos impedire à vita Divina & sequela Christi. Vide Append. cap. 6.

Dom. 14. post Pent. Thema. *Quærите primum regnum Dei, & iustitiam ejus.* Matth. 6. Argum. Æquum est, ut quisque se totum ad dicat Deo, Deoq; uni totus adhæreat. V. Ap. c. 1.

Dom. 15. post Pent. Thema. *Noli fovere.* Luc. 7. Argum. Solare hanc Matrem & omnes afflitos, ex iis, quæ habentur de conformitate cum voluntate Dei. V. part. 2. cap. 31. & 32.

Dom. 16. post Pent. Thema. *Homo quidam hydropicus erat ante illum.* Luc. 14. Argum. Hydropisis, rerum terrenarum amor, nunquam melius curatur quam per abdicationem omnium quæ ipse appetit, & per consecrationem omnium quæ ipse aversatur. Vide partis 3. cap. 20.

Dom. 17. post Pent. Thema. *Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Matth. 22. Argum. Cur, & quomodo debeamus amare proximum. Vide partis 3. cap. 13.

Dom.

Dom. 18. post Pent. Thema. *Confide Filii,  
remittuntur tibi peccata tua.* Matth. 9 Argum.  
Incertitudo an simus in gratia Dei non debet  
impedire suavem cum Deo communicationem.  
Vide partis 2. cap. 11.

Dom. 19. post. Pent. Thema. *Ligatis ma-  
nibus & pedibus, mittite eum in tenebras  
exterioribus.* Matth. 22. Argum. Non repugnat  
charitati Dei, quod ob unicum grave peccatum  
Hominem damnet ad æternas inferni penas. V.  
p. 1. cap. 26.

Dom. 20. post Pent. Thema. *descende pri-  
usquam moriatur Filius meus.* Joan. 4. Ar-  
gumentum preces jaculatoriæ. Vid. part. 2.c. 15.

Dom. 21. post Pent. Thema. *Sic & Pater  
meus cœlestis faciet vobis si non remiseritis,*  
&c. Matth. 18. Argum. Amor inimicorum.  
Vide partis 3. cap. 16.

Dom. 23. post Pent. Thema. *Et cum ejecta  
esset turba intravit.* Matth. 9. Argum. Ejici-  
enda ex animo turba tumultuans passionum si  
cognitio Dei debeat intrare. Puritas cordis ne-  
cessaria. Vide partis 1. cap. 5.

Dom. 24. & ultima post Pent. Thema. *Sol  
obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum,  
& stellæ cadent de cælo, &c.* Matth. 24. Arg.  
Obscurato sole cognitionis Dei fit abominatio  
desolationis. V. p. 1. c. 2. n. 3. Pro Exordio;  
tum vid. p. 1. c. 10. Modum contemplandi ter-  
rena ut exiis in cognitionem Dei veniatur.